Quelle:
Copyright:



choetur." Sunt iidem sermones, qui in codice CLXXXII n: 3. In calce legitur: In anno domini M°.CCCC°.IX° finitus Sabbato ante festum cecilie virginis scriptus per propriam manus fo, hanis Rumph pro tunc cooperator divinorum in Gmünd patav: dyoces et sub celebracione concilii Constancie ex parte unius apostolici et cesaris et eciam regnante maxima caristia in terra austrie et parte frumenti sed vini in habundancia et optimo foro.

2.

Auctoritates sanctorum de vitiis pars I. 115a–166d

Rubrica premittitur: "Incipiunt auctoritates sanctorum collecte ex diversis libris et primo de septem criminalibus peccatis diffinicio vel descripcio superbie." Initium est: "Superbia mors virtutum est origo vitiorum". Opus sat amplum est constans 144 capitibus sine collectoris indicio. Est prima pars totius operis; posterior de virtutibus mox se, quitur.

3.

Fragmentum ex lib: Ambrosii Autperti de conflictu virtutum & vitiorum. 167a–169c

Rubrica est: "Incipit tractatus ḡ ḡ de conflictu vitiorum et virtutum; initium: "Superbia dicit [illegible] multis imo pene omnibus melior es &c: "Humilitas respondet: Memento quod pulvis es &c: Est fragmentum prolixioris operis ejusdem tituli, de quo vide Cod: CCXXX. n: 7.